



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Iacobi Sadoleti S.R.E. Cardinalis Epistolarum Lib. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

JACOBI SADOLETI S. R. E.
CARDINALIS EPISTOLA
rum Lib. XV. Epist. I.

JAC. SADOLET. S. R. E. CARDINALIS
Herculi Gonzage S. R. E. Cardin. S. P. D.

Vt esset nuntius ad nos allatus de morte praestantissimi viri, atque omnibus nobis charissimi, Federici fratris tui, equidem cum cepi animo dolorem, quem & meus perpetuus erga vos amor, & ratio ipsa temperant, conditioque afflictæ Italiae postulabat: quæ aliis communitatis commodis detrimensque affe&ta, hoc quoque nunc meo periculum, quo videbatur in adversis rebus non nihil posse sublevari: laquei luxi non propriam tantum familia vestra, sed communem Italiae calamitatem, à qua si noster hic liber & incensus esset, cætera sanè ferenda nobis modicè effugerent. Non enim mihi conveniret, neque tibi, qui spes in Deo tantis collocatas habemus, quique optime novimus, non esse hanc nobis valde expetendam vitam, quæ mortalitate fragilis, & semper infesta est: sed illam alteram potius optandam beatam & immortalem, ad quam nos pietas & Christiana religio deducit, cuius hominis morte tantoperè commoveri: de quo presertim se bona mihi esse minus, aditum illi in cælum, atque iter divinitus dimittam esse patefactum. Non igitur, inquam, id me maxime perhorreo: quod esset fratris tui, non extrinsecus illa quidem, sed immatura in melius commutata vita. Cogitabam enim primò, nihil illi ipsi omnino mali accidisse. Deinde videbam, domum vestre paratum in tua virtute, sapientia, amplitudineque sublimem populosque eos, qui vestra ditione imperioque reguntur, his tibi penè rerum commutataram sensu, in eadem erga vos esse affectuque mansuros. Atque in omnibus his rationibus & argumentis apponitis ad consolandum, amor tamen ipse tanquam amplexus quosdam doloris admovebat: quos tibi tecum statuo hinc communes, quanquam tu unius hominis morte moeres: ego & cætera morte, & tuo insuper dolore non mediocriter moerere. Non enim mea erga te vulgaris est benevolentia: sed & magis, & multis de causis, iustissimisque suscepta. Etenim pariter me tu quidem me meum de te liberè proferre iudicium: non cum blandiendi causa loquar, sed verè de te dicam quod sentio. Non paucos homines mihi vidisse video: quanquam quid dixi paucos: vitam alter mihi facile veniret in mentem, qui tecum hanc esse comparandus. Sed tamen paucissimos esse iudico,

qua

qui tanta in nobilitate, tantam mansuetudinem: in tam animis
domesticis copiis, tam modestum earum usum: in tam compositis
horum temporum moribus, tantam aequitatem, temperantiam
moderationem animi praesent atq; exhibent: quanta in re
hi cognita iam pridem, atq; perspecta est. Sunt alij insignes viri
atq; in Collegio praecipue nostro, omnium virtutum laudibus
excellentes, quibus sua honor, & sua debita laus tribuenda est.
Sed tua ista praestans eximiaque nobilitas, consoletur pari animo
etaque virtuti, omnia facit maiora atque illustriora. Accedit
quod maximum est, & quod ego plus facio quam reliqua
omnia, quod timorem illum Domini, quem initium sapientiae vo-
cant sacrae literae, qui autem eas literas subtiliter & pie interpre-
tati sunt, ex illo non inchoari modo, verum etiam perfici sapien-
tiam didicerunt (non enim eum ex eo genere timorem esse
quem eijciat foras atque expellat, sed quem augeat magis & de-
finnet ipsa charitas) hanc timorem inquam, qui est robur ani-
mi nostri, & fortitudo, per quem Deum nobis ante oculos po-
nimus, arbitramur eum, & iudicem omnium nostrarum actionum
constituimus: in tuo versari animo atq; haerere semper sensi. Quod
non maius mihi, neque certius argumentum confirmatae in re-
plo virtutis, egregiaeque in Christianam Remp. voluntatis, vilius
offerri potest. Sed quorsum haec? Non enim sine causa haec scribo
praestantia tuae, a me virtutum commemoratio. De-
bit porro mihi vel aetas mea, vel tua potius humanitas, fiducia
& libertatem, quae visa fuerint, loquendi. Non enim aut non ve-
ra, aut non cum maxima tui charitate loquar. Ista in te peregre-
gia quae dixi, faciant ut veniam in rerum pulcherrimarum spectat
abs teque requirere & postulare audeam: ut omnium oculos hoc
tempore in te putes esse coniectos. Certè enim impositum tibi
est regere Mantuae civitatem, illosque vna populos, qui familiae
vestrae fidei, curae, vigilantiaeque commisi sunt. Sic enim frater-
na necessitudo, & tutoris nomen tuaque imprimis dignitas pos-
tulat. In quo videndum tibi est, Hercules optime & praestanti-
sime, in quem & rerum statum, & temporum, tuum hoc nomen
incurrat. Habemus patriam omnes Italiam, quam ut charissi-
mam parentem diligere debemus. Ea porro hac aetate quomodo
modum perdita afflictaque sit, nec solum domesticis malis, sed
externis etiam periculis terroribusque concutitur, obicium
nemini est. Pater enim, neque oculos solum ea res nostros, sed
timos etiam sensus, & cor ipsum vulnerat. Quid ergo est: com-
qui illius sumus alumni, officio fungimur ac pietate debemus. & car-
quam parenti optime merita opem pro se quisq; & auxilium ad-
ferre. Nec tamen imminetibus aliunde & extrinsecus malis po-
tiam verè vnaquam ibitur, nisi prius domestica fuerint emenda-

neque correcta. Quibus utinam mederi utriusq; nostrum pos-
 set, videret summa inter nos profectio salutis & dignitatis publi-
 ce constituenda concordia. Quod etiam non leuiter tentarum
 quandoque est, ut videremus quid proficere possemus. Nunc
 quando ego penitus exclusus sum, tuq; in eum locum adductus,
 ut non te tota, neque vniuersa potestate, at præclaro tamen
 et imperandi beneque regendi exemplo, plurimum opis ferre
 laborum pariter possis: ego tibi exponam breuiter, quæ in hac
 re dicenda meo animo concurrunt, & tu plura etiam, & meliora
 pro tua sapientia cogitabis. Omnium malorum, exitiorum, ca-
 lamitatum, quibus per hosce annos vexata Italia est, & nunc cum
 maxime ad interitum prolabitur, fons & origo (mea quidem sen-
 tentia) ex prava ratione gubernandi populos manauit: quibus
 ut eum modum principes imperant (de iis loquor qui in culpa
 sunt, ut illos non in numero hominum, sed in gregibus videan-
 tur habere mancipiorum. Ad semetipsos enim in gubernando
 mensa referant: non (quæ vera est principatus ratio & via) sa-
 lum florem & commodum spectant populorum. Ita fit, ut nec
 potius qui imperant, dignos imperio vlla ex parte gerant ani-
 mos: & quibus imperatur, hi assiduitate onerum & acerbitate
 exactionum exhausti, oppressi, lacerati, tanquam omnia iam
 deperditæ, iucem quodammodo fugiant, omnemque virilem
 animi motum atque sensum abijcere cogantur. Nam dum omni-
 bus rebus, & fructibus, & operis, & aduersionibus, atque eue-
 ctionibus ipsi etiam itineribus, & viis, passim vectigalia impo-
 nunt, aominaque conquiruntur tributorum indicendorum,
 nihil tam tenue, neque tam vulgare, neque tam sordidum est,
 quod his onere portorii permittatur vacare: fitque ita quotidie,
 ut in cogendis quacumq; ratione pecuniis tempora discernun-
 tur. Denique ista exactio delictis, non necessitati: primum illi qui
 deperierunt, mergunt ipsi sese in curas igaobiles & contemptas:
 facinus, minus illis & quotidianis sollicitudinibus animum,
 motum de rem splendidam, & principibus dignam viris queunt
 auertere. Non enim idem laudis & sordium domicilium esse po-
 tuit: neque in qua mente pecuniarum summa, subductiones, ra-
 uantia, omnibus penè versantur horis, in ea mente licitum est
 consilium præstantibus, non modò sedem suam, sed ne vestigium
 quidem ponere. Nemo igitur, huiusmodi iam populorum recto-
 res amplum aliquid de Repub. & de sua dignitate cogitare existi-
 mat: de vade lumen aliquod possit miseræ Italiae, atq; extrema
 momenta, melioris spei salutisque illucescere. Quid? qui ser-
 uantur, & subiecti sunt, sic tractati, exinaniti, & vexati, affe-
 ctore vauquam animos ad laudis spem & ad cupiditatem gloriae
 motus? ut eorum aut in pace consilii, aut fortitudinis in bello
 possit

posse acquirere? Minime istud quidem. Itaque quod accidere
 sequi talia in gubernando consilia necesse est, omnia & in nos-
 tris hominum nostrorum, & in voluntatibus, hac quidem ar-
 tis, eò sunt inquinata, peruersa, corrupta, conturbata, nullum
 antiquæ illius virtutis & præstantis disciplina, in genere homi-
 num suapte natura nobilissimo eodemque fortissimo, vestigium
 appareat, quod totum ex prava & imperandi consuetudine, & pe-
 rrendi usu, euenire cernitur. Et sunt qui merentur, cur generos
 illos spiritus, & magnificos animos, quorum apud maiores nos-
 tros tanta redundauit copia, iam diu parere & procreare. Itali
 destiterit? Quasi verò non videamus, etiam si indoles & natura
 seminis bona sit, prava tamen cultura, & præpoltera educatio-
 ne eam corrumpi. Estet eadem nimirum Italia, quæ iam fuit
 eadem qua quondam, disciplina, eisdem item consiliis iustitia-
 tisque reueretur. Cuius inuendæ recte gubernandi rationis
 via, cum Principum virorum sit potestas: iccirco paulo antea
 xi, licere nunc tibi diuo quodam (vt arbitror) consilio, præca-
 rum imperij & populorum gubernationis exemplum, cuiuspiam
 virtute atque prudentia, ante oculos omnium ponere & consi-
 ruere, quod imitentur, si qui forte erunt, qui semetipsi, & au-
 pitem ac dubium suarum fortunatum statum, exitiumque im-
 pendens parenti nostræ Italia respicere velint. Quæ tibi pro-
 cetero facilis (si bene vim ingenij) & altitudinem animi tui habebis
 cogitamus) imperandi, & moderandi populos ratio futura est.
 Nam & laxare eos angustis tor illis & concisis exactionibus
 portebit, locumque illis & spatium respirandi concedere
 que tantum vestigalia retinere, quæ non ad domesticas delicias,
 superuacaneosque apparatus, sed ad continendam & vincen-
 dam communem vilitatem pertineant. Homines autem eos
 qui tibi sunt subiecti, pro cuiusque genere, institutis, & vita, re-
 pellere liberaliter, excipere, adhibere: a plebe propulsare fames,
 atque iniurias: lautioribus euius communem re affabilemque
 præbere: aduocare tibi interdum in consilium eos, qui ingenio
 rerum usu politiores cæteris esse videantur: castigare verbos-
 rantes: honestis studiis & actionibus deditos laudare, atque es-
 tollere: & si incidat vt commodè fieri possit, beneficiis etiam
 tuis munerari: quod his maximè modis & rationibus in homi-
 num animis inseritur, & quasi ingeneratur, amor ille virtutis,
 & cupiditas acrior quædam comparanda sibi laudis & gloria.
 Quæ quorum insedit in mentibus, & accensa est: hos illa ferocis,
 & fideles, & ad omnia aduenda pro suo Principe pericula para-
 tos facit. Quo maximè hominum genere & nostra ætas, & com-
 munitis patria Italia indiget. Atque hi qui sic reguntur & insti-
 tuuntur, qui temporibus tranquillitatis & otij liberè egere so-
 170

vultus suas, & soluto animo rusticari possunt: neque illis sem-
 per exactor, semper tributum, semper crux aliqua ante oculos
 est propinata: iidem ubi tempestas & periculi terror intonuit, nō
 opprobrii solum, sed studii etiam suis, & animis, ad propulsandum
 incensum commune incendium alacres concurrunt. Sed ego
 non quod labor, praesertimque tecum, qui abundas ipse per te con-
 spicis sine velim, non enim te docendi, sed & benevolentiae
 meae erga te declarandae, & mei sensus atque animi, quem in
 Republicam habeo, testificandi causa, ulterius fortasse quam
 dicunt, aliquantum sum prouectus. Et tamen arbitror omni
 laetitia impione esse parafactum, quid de tua eximia excellen-
 tiae natura ego sentiam: & quam ea abs te expectem, quae nisi
 a vera fortissimo, & ab homine sapientissimo non queunt expecti.
 Haec ego, cum viderim (quod sanē sum non leuiter admira-
 tus) honorem hunc quo uterque nostrum sacra collegij necessi-
 tate conuictus est, maximum illum quidem, & in Ecclesia
 Dei amplissimum (quem ceteri ferē omnes tanto sibi ambitu
 optare conuenerunt, non spiritualium ornamentorum, ad
 quae infirmus est, sed terrenarū, & mundanae dignitatis conse-
 quende causa, atque ut oculos hominum fulgore purpure, non
 animo religione & continentia vite permoueant) cum inquam,
 viderem, hunc honorem ipsum, in quo tibi praecipue tanta in fa-
 mularum, concedi posse videbatur, ut altior ex eo atque hono-
 rator esset homines incederes: tamen à te intra suos fines ita
 esse retentum, ut tibi, quemadmodum quidem debet, pieta-
 tem erga Deum monumentum assiduum sit, non instrumentum
 ambitionis: idem ego vetebor expectare à te, aut petere, ut erro-
 rum aliorum seculi nostri, in re quidem dispari, ex ipsa tamen i-
 gnanie cecitate parem: quo terrena ista dignitas, non exer-
 catione prudentiae, nec consiliis consequenda laudis, sed volu-
 ptatibus & deliciis, & exquisito corporis ac cubiculorum cultu,
 impetrataque bene plenis ac refertis nummariis thecis penditur,
 atque, atque tollas? cum rei huius aut perficienda, aut certe
 tractanda, & ad imitandum ceteris proponenda, magna tibi fa-
 ctus oblati sit: tuque in ea opinione apud nos omnes sis, ut e-
 rit amplius atque egregia à tua virtute requiri debere videantur?
 Certe si te hanc curam, Hercules Gonzaga, actionemque contri-
 butis: tuam tu preclaras, perpetuoque memorabiles in Dei ho-
 norumque conspectu, exequias fratri tuo duces: nosque tui aman-
 tissimos maximo gaudio cumularis: ipse verò vberimū tuarum
 precum fructum, sempiterno beatitudinis in caelo: in terris, &
 in caelo, & celebritatis premio diuinitus consequere. Vale. Carpen-
 tariae, VIII. Calend. Octob. M. D. XL.

Aa

IAC.

II.

IAC. SADOLET. S. R. E. CARDINALIS

Tho. Campegio Episc. Peltrensi, S. P. D.

VELLEM posse ad te hilariore animo scribere, cuius mihi amor hæsit in intimis sensibus: longo ille quidem tempore ante iam conceptus, sed ex eo amplificatus & auctus, cum tu mihi à summo Pontifice Romam accersito, disciplinae publicae erigendæ, & meorum imprimis vrbanoꝝ causa, amicissimam fidelissimam animo præstò fuisi: & qui in vrbe assiduus fuisses, post annos decem tanquam postliminio in eam redeuntem, diligenter & studiosè, pro tua in Christianam Rempub. voluntate, docuisti: quæ tibi vel soluta à veterè disciplina, vel à bonis moribus detorta, vel mala consuetudine deprauata, contrariata, corrupta, egerè nouis remedijs, aut restitutis antiquis legibus videbantur. Quæ ego tua tum admonitione factus sum, dicendas illis de rebus sententias paratior. Noli enim existimare, mi optime Campegi, tuum id studium atque officium me mihi in animo hæere: cuius quidem officij, quoad ego viuam, nulla vnquam obliuio me capiet. Sed quò minus ad te familiariter & iucundè (vt cuperem) scribam, mors Laurentij fratris tui viri clarissimi facit. Quæ me quidem ita conturbauit, ut vobis, qui illi sanguine eratis coniuncti, in deplorando tanto communi incommodo non cedam. Et si nulla quidem maior potest esse coniunctio, quam ea, quæ inter me atque illum fuerat: amicitia primùm, post collegio, deinde consensione animi, & voluntatum, in capiendis de Republica consilijs, sic copulati eramus, vt videremur ad salutem & vtilitatem Reipub. vno propè sensu & eodem spiritu duci. Quare pro me quidem ego tibi illo nuntio ita sum affectus, vt consolari ipse me non queam. Quo etiam minùs sum ad vos consolandum accommodatus. Difficile enim est, cum qui sibi mereat, aliorum opitulari moribus: & qui animo ipse perturbato sit, ex aliorum animis turbidos motus eijcere. Sed cum meo ipso in dolore, amicum item ille meus emineret, quo te, quo Alexandrum Episcopum Bononiensem, quo reliquam omnem Campegiorum familiam semper complexus sum: non duxi alienum necessitudine vestigijs, pauca ad vos verba facere: quæ si non solatium vobis, at multatè aliquam à dolore aberrationem: etsi non prudentiæ mea indicium ad vos, at significationem optimæ voluntatis afferrent. Dico ergo, vos qui non minùs similitudine virtutum, quam cognationis vinculo, summo illi viro adiuncti eratis, debere illius quoque fortitudinem & patientiam imitari: qui in tanta imbecillitate

cetera corporis, tam graui morbo, tam asperis omnium ar-
 dum doloribus, nihil unquam egit, neq; dixit, quod indignum
 esset illa gloria, quam ex multis & maximis virtutibus sibi com-
 pararet. Qui si est a vobis creptus, magnumque in eo orna-
 mentum vestrae familiae ablatum: tamen id amissis, quod per-
 petuum vobis esse non potuit, quod verò neq; ipsi illi mors, neq;
 etiam vobis potuit adimere, id semper retinebitis: vt illius hono-
 rum, magistratus, publica munera, legationes, summam in iure
 civitatis & Pontificio scientiam, summam integritatem, summam
 auctoritatem, praeterea animum in Christiana religione prestan-
 tem & integram, nulla ex animis hominum deletura sit obliuio.
 Et quoniam quae voluntate & numine praepotentis Dei sunt,
 commutabilia non sunt, estque hic euentus omnibus propo-
 situs, qui in hanc lucem nascimur, & ad vitam non stabilem, sed
 certam producti sumus: non est grauius dolendum de eo,
 quod omnibus communiter accidit. In quo verò singularis atq;
 etiam vestrae familiae laus posita est, quod talis vir potissimum
 in vobis genere sit natus: id cum vobis, tum mihi, qui mirabili-
 ter tanto vestris ornamentis & laudibus, etiam cum aliqua ani-
 mi lenitate deponere recolemus & commemoratione vsurpandum
 est. Et tunc is quidem sublati in eas caeli regiones, quae piis &
 piois meritis propositae sunt, fruitur praemiis pietatis & inte-
 gritatis suae, quibus, per Dei praecipuè clementiam & benignita-
 tem, quos effectus est. Ego verò, qui hoc animo sum erga colle-
 gas meos, quoniam in eadem tempora incidimus, & in eodem
 obitu Christianae Reipub. versando, & moderando, sub optimo &
 praecipuo Pontifice vna exercemur, arcto me omnibus illis
 vobis amoris atq; obseruantiae esse obstricti sentiam: non pos-
 sum non affici dolore & desiderio, quod talem atq; tantum, non
 delectum solum, verum etiam amicum, & defensoreme veterem
 amicum. Curis interitu, nò orbis quidem senatus, multis sum-
 mis vris rebus cum ornantibus: sed res certe publica nò me-
 dicore demeritum passa est. At nobis priuata forsitan res vestra
 pauca quidem curae est: quod ego non reprehendo: est enim hu-
 manitatis domesticis suis incommodis angit. Sed tamen ex eo cõ-
 silium vos potestis, quod tibi in fratre, ceteris qui ex familia ve-
 stra sunt, in suo cuiusq; aut patre, aut patruo humanis rebus ex-
 emplo, quicquid contigit damni, id commune omnibus etiam
 vobis contigit: tauti autem viri fama laudisq; perpetuitas,
 propria & perennis vestra futura est. Sed ego longius prouhor,
 nec velle licet impulsus: nec satis animaduerto, me ad viros
 sumos, & artibus optimis, disciplinisque instructos, nec confo-
 rtatus a quopiam egentes, orationem habere. Quare sine faciam.
 Tanti te adimonebo mi Thoma, id quod mea erga te beneuolē-

tiam est proprium, amisisse te quidem in fratre tuo, quod maxime
 in eo fuit, & quod nos aspirare non possumus, summam virtutem
 nimirum summamque auctoritatem, que in illo utraque pro-
 gregia fuerunt. Amorem autem & charitatem erga te nec
 quam amisisse, quandoquidem ego illi in te amando pariter
 reliquos omnes tuos, qui genere ex eodem sunt, simili amore
 atque erat ille, & eadem voluntate affectus sum. Quod tamen
 & denunciabis a me omnibus, & mea fide pollicebere. Studium
 tuum, & cura quam suscepisti, quo pars illa adium Vaticanum
 quam frater obtinebat tuus, mihi assignaretur, gratissimum
 mihi fuit: sicuti cetera omnia, que pro me facis, aut dicis, de
 ego habita ratione temporum, non duxi esse tentandum, quod
 non confidebam posse obtinere. Quem tamen morem omnibus
 in rebus teneo. Si enim mihi mea dignitas, & pudor non
 non prodest, extorquere & eripere Principis beneficia non pro-
 stulo. Quae si minus crebra ad me perveniunt, idque mihi a
 nullis imbutur inertiae, quam mitiore vocabulo, nimirum
 molestiam appellant: scio ego quid agam. Nam & extra com-
 pitorum certamina, atque contentiones, quae molestarum pla-
 nar, & grauium offensionum sunt: extraque periculum repulsi-
 qua ingenius & liberis animis nihil accideere potest acerbius re-
 carus interim, atque tranquillam vitam ago. Quae meae fidei & go-
 bernalioni populi commissi sunt, & quarum mihi iterum ad-
 ministratio est tradita, in ea ita me gero: studiisque praeterca in
 bus artium optimarum & praestantissimarum versor, ut alia qua-
 dam via, & quidem certiore ea multo, ac magnificentiore, in ho-
 minum benevolentiam & bonam existimationem me vindicem.
 Vale. III. Calend. Septemb. M. D. XXXIX. Carpentoracii.

III

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.

Ioan. Morono Card. Legato Bononiae S. P. D.

TE honorifico Pontificis maximi, totiusque Apostolice sedi
 tus consensu atque decreto electum esse, qui Bononiensi cen-
 tati praesides, partem Italiae vel florentissimam regeres, & legatio-
 ne illa nobili fungerere, summo opere & tibi gratulor, & mihi pro
 gaudeo. Quod enim video honorem esse habitum virtuti ac
 prudentiae, quam ego in te semper eximiam esse iudicavi, haec
 duplici de causa: & quod homini amicissimo praemium in-
 tum perfolutum est, & quod ego memet in illo simili pene ho-
 nore affectum arbitror. Etsi enim impari laude, neque eodem
 fructu, ego easdem artes semper secutus sum, in quibus tu ex-
 cellis: tamen quicquid virtuti datur, quoniam ego eius perquam
 studio.

Huius dem, id mihi quoque ipsi dari & tribui puto. Sed meus
 status à me iam penè ætatis cursus confectus est: tu viridi et
 ameno ætate, cum tam maturè in tantas laudes ingressus sis,
 quò te sperare debemus esse perueniturum, & exultationis, &
 admirationis? Equidem pro mea summa erga te benevolentia
 hunc legationis honorem, & hanc summam hominum de tuis
 electissimis virtutibus opinionem, Deum tibi fortunare, & quo-
 lentes magis augere cupio. Hoc doleo, me tibi non potuisse præ-
 sentem gratulam: cognosces enim apertius quo in te animo affe-
 ctus sim. Atq. vnam suavitissimam tuam consuetudinem diu an-
 tes mihi expectam, deinde breuiter, & quasi in transitu osten-
 tatur, tum cum ego Roma in Galliam legatus proficiscerem,
 conuincere diu inter nos potuissimus. Neque ego humanitatem
 tuam, nec tu meam erga te obseruantiam desiderasses: tum au-
 tem de nostris inter nos rebus ambo familiariter & liberè collo-
 quutissimus. Sed posteaquam id non contigit, sumusque non
 cognoscentes locisque solum, sed dissimilitudine etiam actionum
 consuetudineque distracti: erit tue integritatis & fidei, idem face-
 re cupio, quod ego me tibi præstaturum esse polliceor: vt nun-
 quam noceam tuum, neque ea benevolentia qua te iam dudum
 sum complectens, ex animo & ex sensibus egrediatur meis. Atque
 hoc habemus. Nunc aptum atque opportunum mihi visum est,
 prædicare fores benignitatis tuæ, vt per eas homini omni virtu-
 te doctrinâq. ornatisimo mihi charissimo, ad tuam ipsius amici-
 tiam & benevolentiam sit aditus. Is est Hieronymus Gratus ex
 illa ipsa comitate cui tu præfectus es, & ex nobili in ea genere fa-
 milia procreatus: qui primo ætatis suæ tempore, cum ad iuris
 studium disciplinam se contulisset, media fermè in adolescentia, o-
 mnium consensu promeruit, vt ad id docendum, quod licet præ-
 stantius, tamen præclarè videbatur didicisse, se dederet. Itaque
 conuictus honestissima mercede, ius ciuile aliquot annos in pa-
 tria sua docere. Post querendum sibi nomen atque famam in ex-
 teris nationibus exultans, sanè forti animo patriam suam do-
 mitioneque penates liquit, & huc in transalpinam Galliam per-
 uenit: cui vix celeriter cognitus, habitusque in honore & admi-
 ratione, Valentis diu magno stipendio, & maiore sui nominis
 fama, sui cuius docendo, & consulentibus respondendo qui
 neque ad eum penè certam confluxebant, insignem operam
 habuit. Itaque charus his gentibus, egregieque probatus, cum de
 eius augustis commodis mercedeque amplificanda quotidie ab
 eo cogitaretur: repente decreto ciuium suorum & seuerò & ve-
 hementer in patriam reuocatus, istuc parat proficisci, reuifens
 ceterum patrios lares libenter, sed tamen magnum desiderium
 sui in nationibus relinquens, quo ipse quoque animus non

potest non commoueri. Eum ego aduenientem, vt tu humanissime Morone omni tua comitate & benevolentia amplecteris quanto animi possum studio te vehementer etiam atque curatius rogo. Quanquam de isto quidem fortasse non es rogandus. Quia enim tibi familiarius, quam tales complecti viros, & amorem beneficiis tuis? praesertim qui sint ex eo genere hominum, quorum fidei & cura commisi sunt. Sed ego ad illam tuam sollicitudinem erga bonos humanitatem, liberalitatemque accedere alicubi abs te insigniam mea causa opto: vt Hieronymus ipse cognoscere ipsa & experiat, valde sibi profuisse commendationem ex parte meam: seq; propterea amplius quiddam & maius adferam quam communis tua bonitas & natura ceteris largiatur. Hoc ego a te ita exspecto, vt nihil sit quod possim exspectare gratius aut optatius. Vale. Carp. IX. Calend. Iulij, M. D. XLIII.

III.

IAC. SADO LETVS S. R. E. CARDIN.
Greg. Cortesio Cardin. S. P. D.

MVTVA nostra vetusque benevolentia, quam sancti & deliter ab vtroque nostrum cultam esse intelligo, facit, vt meis maximis rebus, quae nunc quidem in sacrum literarum studio omnes mihi constitutae sunt, tuum imprimis amorem tuamque eximiam excellentemque doctrinam, mihi requirendam esse putem. Cum enim (vt tute scis) commentarium quendam de peccato originis iam pridem confecissem, haecque maxime & ratione, facultatem in has regiones reuertendi a summo Pontifice essem consecutus: quod me (quoad possem) otium & tranquillitatem naclum, literis & scriptis sanctam fidem Catholicam, decusque & auctoritatem Apostolicae Ecclesiae deus sum pollicitus essem: statui mihi, vt primum huc me retuli eundem esse librum accuratius retractandum. Quod cum diligentius fecissem addidissemque non pauca, quae mihi ad rem vberius explicandam idonea visa sunt: illum tanquam meae diligentiae testimonium, Pontifici ipsi maximo auctori mei otij mittendum pensavi: scriptisque ad amplissimum Cardinalem Farnesium vt eum quendam ex collegio nostro, tibi; imprimis legendum & considerandum traderet. Quod factum fuisse, etsi certi nihil dum scis, vt confidam tamen adducor. Nunc alterum *o scriptum* iam elaboratum, in manibus habeo: nondum illud quidem expolitum, quoadmodum & res ipsa, & mea diligentia postulat: sed tamen cuiusmodi, vt ex eo, quanquam imperfecto, intelligi possit, quid ego habeam de purgatorio persuasi atque certi: quae res vna omnium maxime, hoc perturbatissimo tempore, ab Ecclesiae (vt scis) sollicitudine

prope quatur. In quo ego catholice suffragor ecclesie: quod san-
 ctum in omnibus meis & curis & actionibus semper est propo-
 situm. Eam ego librum statui mittendum ad te esse, ut tu mi o-
 pinio de summo meo Cortesi, pro tua in me benevolentia, pro-
 que ea fide quam ego tibi habeo summam, laborum meorum
 multarumque vigiliarum partem aliquam mecum subeas: meque
 aliorum velis opera & sapientia tua. Primum, ut que scribuntur
 a me, ea fide, & recte, & ex integra veraque religione scripta
 fuerint, que pertinent ad politiores literas, quando viriuf-
 que tractatis summum tuum est iudicium, de his etiam me ad-
 monere oportet pariter que apte & ornate imprimis oportet scri-
 bere. Quamquam hoc leuius
 est, quam barbare & incondite scribere. Quamquam hoc leuius
 est illud grauissimum, ut ne quid profus a nobis efflu-
 at, quod cuiquam bene intelligenti, queat vel minimum ali-
 quod spiritum periculi religionis afflare. Etsi enim ego in hoc
 quodam adfirmatissimo sum animo, ita ut corpus & vitam poti-
 us quam fructum vere pietatis amittere paratus sim: idemque
 cum Catholica Ecclesia archissime sum coniunctus: propter tamē
 simplicitatem ingenii mei, tenuitatemque doctrinæ, diffidere
 non cogor, & doctorum, ac sapientiorum quam ego sim, homi-
 numque præsertim nostri ordinis iudicia implorare. Quo è nu-
 meris cum mihi præcipue occurras qui consulendus sis: mihi que
 in hac periculo sit, te & velle mea causa, & pro singulari doctri-
 na, quam tu præditus, posse plurimum mihi opis & subsidii afferre:
 cum tamen studio te obtestor, ut quicquid futurum est negotii
 & laborum legendis duabus hisce nostris lucubrationibus, eis-
 que arce expendendis, id ne te pigeat summo tuo in me bene-
 volentia ac perferre, cum honoris mei, tum aliorum etiam
 multorum causa: cum omnes qui in hoc gradu tanti honoris locati
 sunt, aut agere ipsi, aut agentibus adesse fauereque debeant.
 In hoc tempore, vides hominum mores: ut quisque nostrum
 ab ipso in publicum, quod aut contra falsas religiones, aut
 pro vera scriptum sit: non modò qui palam aduersantur nobis &
 impugnant, (nam hi sartasse minus pertimescendi sunt) verù et-
 iam qui nostrarum ipsarum sunt partium, quasi ex infidiis repen-
 te egrediuntur cum suis, accusant, inuehuntur: veluti prodicionis
 inuasi, nec quicquam hoc tempore periculosius est, quam de
 rebus bonis sanctisque differere. A quo genere scribendi si ab-
 stinere volumus, cautiore forsitan sapientioresque iudicabimur: in-
 ferres certe, & meliores non erimus. Non enim qui talentum
 inanis sub terra, sed qui id exercuit, fructumque ex eo questum,
 in Domino in Evangelio laudatus est. Quem quidē ego nego-
 tiorum boni studeo imitari: ita animo paratus, ut omnibus suis
 que redarguant, in eaque mihi errata indicant, modò ut si si
 Aa 4 sus



sine contumelia id agant, non solum non succentiam, sed magis gratiarum etiam illis gratiarum debitorem me confitear, nec minus quicquam facere erga me possunt, quod mihi accidere poterat vel utilius, vel gratius. Quamobrem mi optime Cortesi, cum ego & iudicio tuo plurimum, & voluntati erga me omnia tribuam: sum que ipse (vt tute nosti) semper que fuerim tui cupidissimus & amantissimus: da mihi hanc operam quaeso, & in hoc officio vere amicitiae inserui: vt mea lucubratiuncula tuae doctrinae & lima emendatior. Vale, & nos dilige. Ex Feliciano Carpentoracensis diocesis, V. Idus Iunii. M.D.XLIV.

V.

GEOR. CORTESIUS CARDIN. IACOBO
Sadoleto Cardin. S. P. D.

ET ratio officii postulabat, vt post tuum a nobis dilectissimas crebras ad te literas darem, quibus & de rebus publicis, & de priuato rerum mearum statu fieres certior: (hoc enim & consuetudo inter nos amicitiae, & maximis beneficiis in me tuis fuisse consentaneum) nescio tamen quo pacto factum esse dicam, vt cum dies nullus esset, quo non id facere cogitarem, omnes tamen (vt ita dicam) infecta elaberentur. Cum vero tandem me citi turni silentii suppuderet, constituissemque omnino in posterum eiusmodi negligentiae maculam epistolarum frequentia delere repente redditus est mihi a te fasciculus, in quo non solum ad me & ad complures amicos literae fuerunt: sed elegans etiam de Patgatorio loco libellus: cuius (vt facile intellexi) maxima apud omnes expectatio iam antea concitata erat: quod dum tu Bononiae esses, nescio quid de ea re & doctis, & tui amantissimis fuisse pollicitas: visum est nobis nihil opportunius accidere potuisse. Quod enim prius, cum nihil haberem quod descriptione magnopere dignum esset, facere cogitarem, vt ad te scriberem: nunc iam proposito argumento longe facilius mihi videtur esse factum, si adhuc quidem accidit incommodissimum: tanta enim fuit flagrantium molestia, vt vix semel libelli legendi, & id ipsum cursum facultas nobis data fuerit. Qui enim literas tuas reddidit, nescio qua ratione intellexerat, librum in eundem fasciculum fuisse obiectum: cum que id ex eo cognitum fuisset: non potuit a me, amicis postulantibus, diutius denegari. Ex eo tamen quod primis, vt aiunt, labris gustare licuit, intellexi maximè obscurum locum, & a nullo antea satis diligenter tractatum, & nescio an omnium qui nunc praecipue in controversiam venere, longè difficillimum, a te & tractari commodè, & luculentissimè explicari. Quae de te tamen, non solum quid ego sentiam, cum ex amicorum meorum

horum recuperauero, sed & quid ipsi iudicauerint, summa fide & diligentiā te faciam certiorē. Nunc ea tantum de causa ad te scripsi, ne fortasse, ut nunc sunt tempora, suspicareris, literas tuas ad nos non peruenisse. Quod ad publicas res attinet, scito, omnium animos de rerū euentu hic magnopere esse sollicitos: nec quatenus prius quam ad huius miserissimi belli exitum peruenire possint. Est enim non magnopere adhuc Romæ tumultuata civitas, summi Pontificis consilio singulari & providentiā: cūm tamen omnia armis vndique circumsonent, vix fieri potest, ut ex aliorum clamantibus, non cogamur de propriis periculis cogitare. Tu, quando honestissimum otium nactus es, & in eo potissimum opposto, in quo & tui sacerdotii munera præfens obire poteris, quod coeli clementia, & amicitia locorum, maxima te proci affere iucunditate: partem velim credas magnam felicitatis esse affectum, præsertim cūm propè omne tempus infumosa opprimenda extinguendaque perditorum hominum impetibus qui non iam, ut antea, occultis cuniculis: sed aperte armis ipsam caputque totius religionis inuasere. Vale. Et recurre ad amicis libello, longiores à me literas expecta. Romæ, Cæsar. Italij.

VI.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDINAL. IACOBUS Sabello Cardin. S. P. D.

A NOSTRIS Florellus, maximus laudator & obseruator tui, Arelata reuersus ad nos, cū multis aliis de rebus me doceret, quæ in istis locis publicè gerantur: tum ea de meis priuatis amicis ac necessitudinibus, mihi nuntiavit, quæ ego maximè audivi expectabam. In quibus id mihi fuit gratissimum, quòd eorum cura ego diuturno iam amore & fideli beneuolentia prosequor, eorum matrem erga me, & parem voluntatem esse declarauit. Quis proinde nuntio nihil vnquam possum audire optatius. Nā cum auara mea eiusmodi semper fuerit, ut omnem propemodum meam delectationem vitæ in bonorum & doctorum amicorum habuerim constitutam: nunc cū vna hæc mihi, cæteris aut iam placide amissis, aut certè extenuatis exolescentibusque volupcatibus, remaneat iucunditas, quòd in amicorum cogitatione in memoria fixauerit acquiesco: cū de eorum officio ad me pertinet, nihil est ex quo lætitia affici maiore possim. Ac ille mihi de his quidem multa, de te verò Sabello optime atque humanissime ea mecum locutus est, quæ ego cū in te etiam tum adolescentæ multis primo mihi nuntiantibus, deinde breui illa consuetudine nostra, tanquam florescentia perspicere cœpisset,

Aa s gau-

gaudeo ferre illa nunc eos maturitatis fructus, vt iam non ferre, sed admirari tuas eximias & singulares virtutes debeamus. Amabam equidem nobilitatem & animi & generis tui, elegantiam morum, in congressibus humanitatem, in dictis factisq; constantiam. Sed illa me res præter ceteras delectabat, quòd viderè, quæ voluntate in publicam rem Christianam esses, quo studio egregias artes, qua mente ad cupiendum vt rectè omnia fierent mouerere. Quæ tibi egregia & summa animi bona, primum a natura insita, deinde educatione disciplinaq; firmata, Dei primam omnipotentis, deinde etiam bonarum artium literarumq; auxilio, ad eam nunc frugem perducta sunt, vt habeamus in viderè nunc tua etate, quam cum grauissimis & probatissimis ordinibus nostri partibus conferamus. Atq; hæc ornamenta animi ingenuæque tui, etiam si mihi tecum nihil vnquam fuisset, si non te amore eo prosequeretur, quo iam pridè mirifico sum cõplexus: tamen ne ad te amandum non inuitarent solùm, verùm etiam inflammarent. Cùm verò de homine mihi & virtutibus suis, & amicitie nomine charissimo, tales ad me nuntii perferantur, statuerè ipse potes, quanta ex eo læticia & animi iucunditate afficiar. Sed me cogitantem de te, & penè ante oculos imaginem tuam habentem, et si vt persistam diutius quasi in colloquendo tecum, beneuolentia hortatur: retinet tamen modestia, aptius enim & libentius de tuis laudibus cum aliis (vt soleo) loquar, quam cum teipso. Quare finem faciam, si duo hæc prius precatus fuero: vnũ, vt tibi ea fortuna sit, quam ista virtus probitasque meretur. Alterum, vt in nostra amicitia coniunctioque tuenda, quo ego in te summo sum, tu similem mihi in me diligendo voluntatem præstet. Quo quidem munere nullum à te præstantius accidere mihi potest. Patri tuo clarissimo viro, quem ego omnibus de causis iuste facio plurimi, cupio salutem per te plurimam meis verbis nuntiarè. Vale Carpent. V. Idus Iunij, M. D. XLIV.

VII.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARD. ANTONIO Perrenoto Episc. Atrebatensi, S. P. D.

CUM scriberem ad patrem tuum clarissimũ virum, non potui cui mihi prætereundum esse, quin ad te quoque aliqui litterarum darem: cùm & te non medioeriter diligam, multis quidem de causis, ingenii, doctrinæ, humanitatis tuæ adductus, & de tua in me vicissim beneuolentia persuasus sim. Scribendi autem causa hæc fuit. Ego post pacem factam, qua nullum maius neque præstantius hoc tempore beneficiũ a summo Imperatore Carolo in Christianam Remp. potuit proficisci, secutus maiorum exemplis, qua

qui testimonium laudis & iudicii sui, optimè meritis principibus
libere dabant: exaravi orationem, qua gratias Cæsari com-
muni Christianorum populorum nomine agens, illum præter-
ea ad eas res gerendas suscipiendasque adhortor, quas maximè il-
lus amplius & dignitas, rei que publica salus videtur ab eo po-
tissime. Quo genere scribendi veteres summi & doctissimi viri e-
gregios Principes decorare soliti sunt: sicut multorum declarant
scripturæ, ad Philippum, ad Alexandrum, ad C. Cæsarem, ad
Traianum, ad Constantinum, ad plures alios scriptæ. Idem igitur
ego his quidem omnibus ingenio & facultate impar, sed dignita-
te certe aliquanto superior, instituo suadere Cæsari, ut in eas se
conferat curas & cogitationes, quæ illius admirabili prudentia
summa autoritate præcipue sunt dignæ. Quod tute nosse ex
mea oratione, si eam modo duxeris legendam, facile poteris. Cû
ergo hæc ipsam orationem ad fortissimum virum Ferrandum
Constantinum per eum tradendam Imperatori miserim, amicitiam
hæc, quæ mihi cum illius omni nobilissima familia perma-
nent: rogaui patrem tuum per literas, ut adesse in tradendo,
aut si Ferrandum forte aliqua res impeditur, ipse eam per se red-
deret Imperatori velit. In quo mi charissime Perenote, tuam quo-
que operam & benevolentiam mihi aduoco. Si erit non indigna
laboratio mea quæ agatur, maximum me existimabo laboris
mercedem esse adeptum: quod laudem optimi Principis, con-
stantium eum ea spe, quam de illius virtute, animiq; magnitudi-
ne, Christianæ Reip. futura salutaris, iam concepimus, meis literis
occurram illustratamq; videbo. Sin ea sordebit, ego tamen hoc af-
firmo, ut meo exemplo, doctiores alii in eandem curam & studiū
facilius se dedant. Sed de his rebus madaui tabellario huic meo,
ut tuis verbis tecum accuratius loqueretur. Ego quod ad me ar-
tibus, amore cum conferuo, quem iam ab eo congressu quo ad
Nocentium vnâ fuimus, erga te suscepi: in quo meæ in te a-
mabilem constantem plurimum tuarum virtutum recordatio suf-
fragetur. Tu si pari erga me voluntate fueris, non solum meæ ex-
pectationi satisfacies, sed humanitati etiam constabis tuæ. Va-
le. Carpent. V. Idus Nouemb. M.D.XLV.

VIII.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDINAL. IO-
ANNI Teletano Episc. Burgenfi. S. R. E. Card. S. P. D.

I. Osvoru intervallum est, cûm literas ad te dedi nullas. Quod
Laecidit, non remissione obseruatæ in te meæ, nec oblivione
reuerentiæ, & humanitatis, & benevolentię erga me tuæ: sed quia
nullis & molestissimis occupationibus impeditus, fratris etiam
mei

mei mihi charissimi morte, qua grauius affectus sum, omnia
 meas curas ad luctum mæroremque reuocante, alia quoque ob
 eia permulta deserere coactus sum. Nunc cum tempus veniret
 quo tempore, si aliàs vnquam, tua mihi & beneuolentia & auaritia
 maxime sit opus: fretus tua virtute & bonitate, causam
 meam tibi imprimis exponendam commendandam
 putavi. Pontifex Maximus me per literas ad Urbem vocat: quod
 ego facturus sum libenter, vocantique obtemperaturus, si mihi
 per meas rei familiaris angustias, & maximas difficultates liceat
 licet: eaque habeam facultatum subsidia, quibus & incensis sum
 prum, & vrbanas illas impensas sustinere possim. Video enim
 quid mei officii sit: quid postulet sedis apostolicæ tempora: cui
 si non ingenium atque prudentiam, que in me aut nulla, aut
 ne quàm exigua est: at animum certe bonum, & fidelem operam
 præstare debeo. Sed ita omnium ad iter sumptumque necessarium
 rerum inops atque egens sum, vt ab omni istuc venienti &
 voluntate, & conatu, desistere cogar. Et quoniam te aquam
 tecum & sapientem nactus sum, si hoc non alienum tua grauitate
 existimas, audi quaeso breuè meorum præteritorum temporum
 rationem, & sermoni meo benignitatem tuam accommoda. Ego
 olim honestissimum locum apud summos Pontifices Leonem, &
 Clementem obtinens (vt te seire arbitror) cum magnos ex illius
 autoritate loci, bona & vtitata ratione, quaestus facere possem, &
 ad opes facillè diuitiasque peruenire, abstinui tamen: neque me
 studium coaceruandæ pecuniæ vllum vnquam tenuit: sed generatim
 omnibus tam vrbanis, quàm aduenis, operam meam ac dili-
 gentiam assidue præbui. Postea voti causa ad Laurentanum Dianæ
 virginis templum profectus, cum absens à Leone Episcopus pro-
 nuntiatus essem, vt primum in urbem redii, onus illud à me qua-
 ad potui, excutere conatus sum. Non enim huiusmodi honora-
 mens mea vnquam appetierat: liberamque ego vitam magis
 quebar. Atque harum rerum grauissimos amplissimosque collo-
 gas nostros, Saluatium, Rodulphum, Gaddum, testes tibi exhibeo:
 & si qui alii sunt, quibus illorum temporum res acta curæ
 fuerit cognoscere. Postea Leone mortuo, in meam hanc Carpen-
 toractensem ecclesiam adueniens, cupidissimus in ea perpetuo
 manendi, facto Pontifice Clemente, statim ab illo euocatus sum.
 Cui optimè antea de me merito, fidem operamque meam pro-
 re non potui. Hoc cum eo tamen pactus, vt operam illi meam
 triennium nauarem: quod reliquum vitæ meæ tempus, non iam
 hominibus, sed vni Deo in ecclesiæ meæ custodia tribuere stau-
 issem. Quod ille, vt erat natura bonus, & mihi pollicitus est: &
 præstitit. Roma igitur profectus, viginti diebus apud me antequam
 Vrbs caperetur, eo animo Carpentoractæ redii, vt hic domicilia

non saltem corporis & fortunarum, sed omnium rationum con-
 sideratione meorum: totius denique meae vite perpetuum col-
 lectorem. Itaque & licetis iis quae huius maxime loci sunt & mu-
 neri, cum me penitus dedidi: & quod solent hi qui frugalitate &
 sobrietate delectantur, nec veste, nec argento, nec suppellectili-
 bus, delectum meam ornare atque instruere unquam curavi: tan-
 tum meo rectius animos in eos sumptus qui obtingebant inte-
 gritate exorabam, ut vertente anno nec deesset mihi quicquam, nec
 superesset. In hac mihi iucundissima & vere beatissima conditio-
 ne vixi, cum decem annos fere exegissem: repente ab hoc sum-
 mo Pontifice Romanam accersitus, in sacrum vestrum istud Colle-
 gium, nihil tale suspicans, cooperatus sum. Cuius quidem tanta
 beneficii gratia ad me hunc Pontifici maximo debetur sempiterna.
 Sed magis honor, & meis longe superior viribus, infirmis ad-
 modum & imbecillis ad sustinendum humeris meis impostus
 est. Ego enim qui nec pecuniam unquam numeratam possede-
 re, & instrumento omni honestiore carebam, meosque fructus
 annos, qui mille ferme & sexcentos aureos efficiunt, (tot enim
 annis omnibus deductis possunt peruenire) uniuersos expendere
 necesse fuit: nouis subito & magnis oneribus sumptibusque
 oppressus, magnum as alienum consistere necesse habui: nec mihi
 potestatem familiarem meam explicare licitum unquam fuit. Ac-
 cedit enim tot itinera, tum multae & crebrae vires citroque prae-
 tercessionis, ex Vrbe in Galliam, & ex Gallia rursus ad Urbem: ut
 in hac platea omnibus consumptis atque detritis, non solum equis,
 annis, veste, instrumento ad hoc iter idoneo nullo munitus sim:
 sed ne spem quidem videam aut rationem ullam reliquam in-
 teresse mei, cum nihil omnino sub caelo habeam quod meum
 propriumque sit, quodque si sumendae mutuae pecuniae sint, (quod
 non potest in hac iam aetate est miserum) creditoribus pignori
 esse dedit esse possit, praeter unam tantummodo vineam, quae mi-
 hi in Vrbe est, quae ne ipsa quidem a creditoribus est libera. Has
 res difficultates ipse summus Pontifex non ignorat: qui mihi
 tanta saepe ostendit, se meis commodis consulturum, idque ali-
 quo ecclesiastico reditu: nam alio genere subsidij non delector.
 Quod cum ille adhuc non fecerit: non voluntate quidem, quae
 contrae certe illius erga me est: sed difficultate temporum impe-
 ditur: nequam erit mihi ignosci, si necessitate cogente, cui diui-
 nitatem credere veteres Philosophi dixerunt, ad Urbem me con-
 ferre non potero. Etenim voluntas quidem mea prompta ad pa-
 trandam est, sed facultas penitus mihi erepta. Quamobrem peto a
 te, ut quaeque Ioannes amplissime, ut pro tua auctoritate, quae me-
 tua maxima apud omnes est, tueare, ubi opus esse videris, & cau-
 sa de famam clientis tui: neque meum factum in aliam partem,
 quare

quam ut à me tibi res est exposita, accipi, impetrariue patiare. tamen iure & rectè te id facere posse existimas. Namque ego mearum rerum satis mihi conficius sum, cum, qui magis etiam et conficius, Deum omnipotentem testor, & inuoco, me non videri, quemadmodum possim ita in Vrbe domicilium constitutum, ut illas impensas urbanas sustineam: praesertim qui nec petitor vnquam, nec flagitator, nec sacerdotiorum auceps esse animam induxi. Sed semper his fui contentus, quae aliena sponte, non meo flagitatu delata mihi fuerunt. Summa haec est: cum omnes meae facultates & fortunae, tenues ipsae per sese, ari etiam aliena molis que praeterea & a pecunia, & ab omni iuricis instrumeto imparatus sum, atque nudus: nullo modo honestè me posse de meo aduentu ad Vrbe[m] cogitare. Quod si aliqua in hoc motu terra, & expectatione propinqui (ut homines fuerunt) concilij, opte mea requiritur, (quanquam ego in tanto caetu sapientissimorum & doctissimorum patrum infimus sum omnium) tamen & per amplissimum Cardinalem Farnesium antea Pontifici maximo, & denuo per meas literas paratum me esse ostendi, ad concilium ipsum (si ei videatur) ire: etiam priuato meo nomine, si in magis placuerit. Eaque ibi, quantum mea infirma & tenuis auctoritas patietur, officia & studia sanctae Apostolicae sedis, & summo ipsi Pontifici praestitutum: ut mea & integra & grata in eius sanctitatem maximè exeret voluntas. Etenim potero commodius illud, quam ad urbem accedere. Propterea quod quae in vrbe summa ordini nostro indecora sunt, illic arbitror fore honorificam tenuitatem, frugalitatem, comitum paucitatem, & omnium rerum humilem summissamque modestiam. Habes causam meam, quam totam tuae fidei, virtuti, humanitati que commendo. Tu quicquid in me studij, officij, beneuolentiaeque contuleris: persuaideas tibi velim, te in hominem gratissimum, & tui obseruantissimum esse collaturum. Vale. Carpentorach, XIV. Calend. Februarij, M. D. XLV.

I X.

IACOB. SADOL. CARDINALIS

Ranutio Farnesio Card. S. P. D.

QVAE in hanc Urbem de tui ingenij, summiq; ad omnem liberalem percipiendam doctrinam studij, fama & laude prolata sunt, eademq; vno & constanti omnium sermone continuata: tantum mihi ea voluptatis attulerunt, ut id literis satis exprocare non possim. Fuerunt enim & eximia, & noua, atque etiam di, ut non modò laetitiam omnibus qui te diligunt, verum etiam

ingens & alienis, amorem erga te, & admirationem potuerint
 excipere. Sic enim dictum, & percelebratum est, te ista ætate, quæ
 nec dum matura ad cognoscendam percipiendamque vim scien-
 tiæ & virtutis esse solet: & ista fortuna, quæ cum amplior atque
 opulenter facta est, præsertim in pueris & adolescentibus, se-
 quitur ad optimas artes capessendas est impedimento: tantos ta-
 mento facile in virtute doctrinaque progressus, ut nihil eruditius,
 nihil a quoquam vico ingeniosius, ne in moribus quidem rotius-
 que vix modestia, compositius possit expectari. Quod magno
 in concenno amplissimorum hominum, magnis de omni litera-
 tum genere disputationibus, cum omnium admiratione declara-
 tum in te ante esse atque perspectum. Quam ego tuam non iam
 spero, neque indolem, sed præsentem laudem vberemque fructum
 civitatis virtutis, cum te pro mea in vniuersam domum & fami-
 liam tuam perpetua singularique & voluntate & obseruantia in
 illi loco diligam, ad magnum quoque animi mei fructum duco
 penare. Si quidem non minus fruimur aliorum bonis, cum ex
 extra quædam: quam illi fruuntur ipsi, qui ea bona obtinent.
 Quod hoc etiam mihi in te cumulatius contigit: quod non vul-
 gis bonis, neque communibus bonis: sed summis & singula-
 ribus præleo atque lætor. Atque in ista tua admirabili progres-
 su ad virtutem, in qua longè ætatem tuam ipsa industria supe-
 rat, agnisco quidem vim generis, virtutem sanguinis, fortunam
 famule tue, quæ semper ista iusto diuinitatis atque ingenii fuit refer-
 ta. Hæc quis hominum vnquam tuo auro sapientior, quem ad
 summum in orbe terrarum sanctissimi honoris principatum,
 ipsa sapientia protexit: Quis fratrem tuo Alexandro probior, libe-
 rator, moderatior: qui cum & fortuna, & dignitate, summis
 vniuersæ humanitate tamen omnibus vult esse par? Non com-
 memorabo ceteros: sunt enim omnes ex eadem stirpe & san-
 guine procreati. Ad te ipsum reuertar, in quo virtus & nobilitas
 generis mea relata planè, & præclare expressa est: teque, quod mei
 in te amoris est propemodum paterni, hortabor & roga-
 bo, ut hoc cursum quo cœpisti, ad summam laudem sic contem-
 das de curare, ut stans, tibi hominum expectationem, quæ ma-
 gna de inextinguibili de te excitata est, non modo explendam, sed
 omnibus partibus & numeris absolutissimæ virtutis etiam su-
 perandam esse. Quod etiam perquam difficile videtur esse, tuis
 tantæ ingenij neruis, & tuæ naturæ præstantia dignum est:
 optimeque id & commodissimè fiet, si bonorum morum ve-
 luti firmo fundamento substrato, studia deinde & genera do-
 ctinarum ita super extrues, ut in eligendis, quæ opportunitate
 sunt, & in addiscendis quatenus possunt esse viles, non
 illam cæca atque consilio, sed diuina etiam sorte quadam ad-
 iuues.

iuuere. Qua de re dabitur aliquando nobis tempus inter nos loquendi. Nunc quod à me breuiter significatum est, non idcirco tui causa à me est susceptum (non enim tu ingenio nec optimis monitoribus indiges) sed volui mei etiam beneuolentia erga te, & voluntatis, aliquod ad te testimonium peruenire. V. le. Romæ, V. Calend. Octobris, M. D. XLV.

X.

IACOB. SADOL. CARDINALIS

Ranutio Farnesio Card. S. P. D.

CAPITO non mediocrem curam debitam illam quidem egiſſe indoli tuæ, & ei opinioni quam ego de te iam diuiniſſimè maximam concepi: vt quæ commota eſt hominum expectatio (cùm ferè omnes in te & oculis, & mentibus conuerſi ſint: ut eùm ingenij tui laude, tum virtutis & probitatis gloria expletur. Quod etſi difficile videtur eſſe, quòd nihil à te expectatur aut vitatum aut mediocre, tamen proprium eſt generis & præſtantis animi tui, eò velle conniti, quòd nemo alius non modo petere ſe, ſed ne aspirare quidem poſſe videatur. Mihi quidem pro maxima ſumma erga te beneuolentia, ſepe deſideranti congreſſum aurore conſpectum tuum, & ob hanc cauſam te in Vrbe videre cupienti, illa ſenatio deſiderij ſemper propoſita eſt, quòd intelligo, te dante abes à nobis, id agere tamen, & ei rei operam dare, vt cum Romam tibi fuerit reuertendum, maior multò ad nos atque conuictior redeas. Sic enim nobis de te pollicentur eximia illæ artes præclara ſtudia, in quibus tu, conſentiente omnium fama, nodos & dies aſſiduè verſaris. Etſi (quòd mihi magna fuit admirationi) nouus quidam hominum ſermo pererebuit, animum tuum, & dignitate & ſapientia omnium principem, tibi iam autorem eſſe, magnopereque ſuadere, vt omiſſis his liberalioribus ſtudijs, ad ius ciuile perdiſcendum te dedas. Noua res, & mihi inexpectata: ſed tamen, ſi ille ita vult, & ſi hoc illi ſtatutum eſt ac decretum, nil contradico: parendum eſt ſummæ autoritati, ſummæque poteſtati: præfertim cùm nihil ille ſine maximo conſilio, maximaque ratione facere exiſtimandus ſit. Sin autem, quòd magis puto, magisque credibile eſt, non ille imperantis modo, ſed veluti tentantis, & quaſi communicantis, hac de re tecum loquutus eſt: videlicet, vt eliceret ſenſum animi tui: exiſtimauit me officij eſſe, quid in hac re mei ſit iudicij, breuiter ad te perſcribere. Nam ſi tu natus in fortuna tenui, exiguis ad magnam dignitatem aſſequendam præſidijs munitus eſſes, laudarem ipſe, tuam huiusmodi conſtitum, tibi que vt ad ius ciuile te conferres, conuictiſſimè exiſterem. Eſt enim aperta & omnibus patens via, iſis qui hominibus

non generis, & rei familiaris angustiis laborant, ab studio iuris
 scientia ad magnos saepe honores opesq; peruenien-
 tibus. necque aliam ob causam ius civile discitur, nisi ut per illud ad
 aliquam cognitionem hominū, & meliorem fortunā condicio-
 nem veniant. Tu verò qui illustriore multò ratione, nempe Dei
 immortalis beneficio, & virtute maiorum tuorum, in excelsis &
 formae & honoris gradu iam constitutus es: ea quae adeptus sine
 ulla labore, ad quae iuriconsulti tantis contentionebus aspirant:
 quid tibi manere conlites, si in eas istam viam, quae te eò deducat, quò
 facilitate quadam iam dudum es peruectus? Non ergo tibi est ius
 civile percipiendum coram adipiscendorum praemiorum causa,
 quod illi studio praemia propofita sunt. Habes enim illa & possi-
 des, neque tibi, ut ea quae extra te bona sunt, consequare, iam est
 liberandum. Quod ergo tuum studium? quae debet esse animi
 intentio? Nempe mi Ranuti, ut ea ad discas, concipias, me-
 ditaberis, quae recipiunt maiorem, quam tua fortuna est, efficiant. Ali-
 terum tu neque diuini de te ipso iudicii, neque hominum expe-
 ctationi satisficere potis es. Conflitit porro vera haec & propria
 hominis magnitudo duabus potissimum in rebus: quarum una est,
 ut in primis iustitia temperantiaque exornes: altera, ut ceteros
 consilio & prudentia tua regas. Atque harum rerum neutram ius
 civile, utramque tradere & largiri philosophia potest: modo
 ut utraque ac liberaliter, non inchoata solum, sed ad fastigium
 usque hanc Theologiae, & verae Dei cognitionis perducta. Ere-
 riam enim est, quod saepe dictum est, & quotidie dicitur, talem
 operari fieri hominum, quales sunt res, & qualia studia, quibus
 illa dicitur & dicitur: quid potest à iuris scientia magnum
 praerogative existere? in qua primum tenues sunt res & minu-
 ta, in quibus tractandis animus occupatus, frangitur ipse quoque
 immittitur, ita ut vix amplum quippiam aut magnificum
 ceteris posse possit. Deinde, id quod magis etiam anim aduer-
 sariis est, civile ius totum ad eam unam rem praecipue inten-
 tum est, ut de pecuniariis controversiis, quibus maxime tumul-
 tuose agitur hominum genus, iudicia reddantur, quo in
 parte qui versantur, vel iudicando, vel causas agendo, cum vi-
 detur tractatum hominum pecuniae vel quarrendae, vel retinendae stu-
 dium ipso quoque vehementiore aliqua pecuniae cupiditate saepe
 immo tanguntur. Quod unum ad adipiscendam animi virtu-
 tem maxime homini infestum atque aduersum est. Et sunt tamen
 in iuriconsultorum clari aliqui & praestantes viri, qua-
 rum in seculum nostro non paucos cernimus, aptos ad populos civi-
 litatis regendas: veram illi bonitatem ingenij, & naturae civi-
 litatis, non iuris civilis studio tales effecti sunt: praesertim si ad
 hanc scientiam, id quod plerique eorum fecerunt, optimarum
 B b quoque

quoque artium cognitionem addidere. Illud quidem certum est inficiandum: probi iurisconsulti munus humano generi perutile: quod legum imperio & providentia, cohibita vitiaque, hominum inter ipsos societas conseruatur. Sed tamquam tota vis in re familiari sua cuique conseruanda, non tam in ipso ornando magnificoquoque consumitur. At philosophi relicti eis sollicitudinibus atque curis, quæ ad compendium quaestum pertinent, atque illis profus pro nihilo habitis: ipse mer suscipit hominem formandum sibi atque expoliendum: hac extractum communi infirmitate, quoad eius fieri potest, militem Deo constituat, nihil sibi quod externum & fragile sit appetentem: consulentem libenter cæteris, omnia sua bona virtute posita ducentem. Quæ quidem virtus gratuita sit, nihil foris quaerat, quodque omnium summum & præstantissimum est, omnibus in rebus, quid deceat, intelligentem: quæ ceteris omnium difficillima generi humano scientia. Ille enim deus splendor, quo ad Dei proximè imitationem accedimus, vix ad hoc tempore oppressus & perturbatus est, auaritia, ambitione, cupiditatibus cæteris, quæ tenebris & caligine animos hominum infuscant, vt ne minimam quidem partem luminis suscipiantur obtinere: qui tamen è philosophia bonis ingenijis insereatur, atque insinuandus est: si qui videlicet sunt, qui verè magis in seipsis perfecti homines cupiant euadere. Nam quod ad regendos & moderandos alios pertinet, nulla est scientia, nulla omnino, ad hanc docendam prudentiam, quam philosophi præstantior. Illa enim cum in consiliis præpotentis Dei rebus, dis atque indagandis quotidie versetur, quibus ille hunc mundum complexum, tamque immensam molem, & constituit ab inuestigabili vna quadam sapientia & assidue continet, vegetat, moderatur, verendum erit credo, ne nos parum doceat, quæ sit ratio optime gubernandi: & quemadmodum hominum cæteris, quas ceteris appellamus, regendi a nobis sint: cum præsertim in eo genere, in quo melius agere possimus, quam vt omne nostrum consilium ad præcella & sempiterna Dei consilia referamus: qui ex illis quæ nobis suppeditat, nullum sibi ipse appetit: sed suis quibus maioribus multo, longeque eximius contentus est. Quam præclarissimam rationem nostræ virtutis, ac prudentiæ in gubernatione populorum exercendæ, sola philosophia tradere non potest docere potest. Quemadmodum est de Pericle Atheniensis, qui cum illam Rempublicam quadraginta annos continuis rexisset, rarenturque homines qui potuissent populum illum, sua per tam longa admodum insolentem, & fastidientem crebro rectoris tam longo tempore gubernare: intellectum est, ea id ratione periclitasse, quod Pericles Anaxagoræ in Phycis auditor, & in illa

per naturam scientia, percipiendis naturæ consiliis exercita-
re de deo, animum quem summis rationibus erudierat, pru-
dentiamque quam maximam inde compararat, ab illis altissimis
rebus, ad hæc inferiora tractanda agendaque transfulisset. Sed
quod ego te epistolam institueram scribere, ea autem crescit in vo-
luntate. Proinde igitur faciam: regi: & orabo & hortabor, ut (quod
non voluerat fieri) ita ad philosphiam animum tuum applices,
ut hanc ex illa, nec aliunde vsquam, veram tibi laudem, veramque
dignitatem acquiri oportere. Vale. Romæ, XII. Calend.
Octob. M.D.XLVI.

XI

PAUL. SADOLET. S. R. E. CARD. CHRIS-
toph. Madruco Episc. Tridentino S. R. E. Card. S. P. D.

Ad eam amorem, quem antea erga te susceperam, & ad eam
admirationem que tuis plurimis magnisq; virtutibus a me
habebatur, non incredibile est, quantum accesserit ex eis literis, qui-
bus pro me ad meas respondiisti: plenissimis amoris, officij, hu-
manitatis, elegantie: denique talibus, quales a doctissimo, & li-
beralissimo, omnique dignitate & prudentia ornatisimo homi-
ne debebant proficisci. Quibus ego certe ita sum delectatus, ut
postulare magis. Nam si diligi & probari a summis viris,
hominum non inhumano solet esse iucundissimum, quid est in tuis
literis, hoc quidem in genere, quod abs te mihi tributum non sit?
Dicitur autem amantius scribi, quam scriptum est, aut honorificen-
tius de me, quam abs te est factum: Quanquam ego de iu-
dicio tuo, quod tu de me facis, multum tibi remitto: de amore
quidem nihil. Nam amari a te cupio, & volo: idque quam maxi-
me nec est quicquam quod mihi euenit possit optatius. In quo
esse conatus sum, ut merito id meo a te fiat. Non enim neque
in amore, acque villo in officio tibi sum concessurus. Tanti verò
sunt, quantum tuæ literæ declarant, neque postulo, neque me
de amari sic digni arbitror. Sunt in me fortasse vmbre aliqua
virtutum magis, quam virtutes. Sed hæc tenues, & subobscuræ,
nec illis satis ductæ lineamentis: quas cum tantopere ipse
aggero optas, facis tu quidem quod natura tua, & candor ani-
mi caritas postulat. Sed in eo bonitatem, & liberalitatem, & vir-
tutem ipsa magis ostendis, quam illustras meam. Quod enim me
caro polo meo, tua opinione sententiaq; cõiungis, homine sum-
ma eruditione, summa pietate, summa prudẽtia prædito: optasq;
deus virtutibus nostrum similes, si fieri possit, existere: quorum fide,
operta, consiliis assistet Christianæ Reip. subueniatur: est qui-
dem hoc & tuæ probitatis, ac religionis argumentum maximũ: &



cuius opinionis, quam de me habes conceptam, indicium habes. Veruntamen scito, cum iamdiu sit, quod ego virum illum & admiror, nunquam me optare esse ausum, vt cum eo conarer: tantum sat mihi duxisse, si illius modo persequi vellet, procul obseruando atque imitando possem. Itaque habere & in vita, & in disciplina, & in omnibus forensibus, senatibus, actionibus, ducem ac magistrum. Quem quod tu quoque, tu diosè laudas & probas, periuicuum id mihi est: propriam eiuldem prestantis animi tui, de quo iamdudum loquor. Per enim cum paribus (vt est in proverbio) facile coniunguntur, mihi saepe in mentem venit optare, qualem vos ambo Christianam Rempub. esse cupitis, talis vt ea, si non hominum operadiuino tandem aliquando beneficio constitutur. In quo tantoritas, & erga Deum religio, aliaque complures animi laqueque virtutes, plurimum eidem Reip. profuturae sunt. Sed desatis. Ego quod mei iam priuati erga te officij est, & maximam gratias ago, habeoque, quod tantam, & tam beneuolam voluntatem erga me susceperis: & tibi vicissim spondeo atque polliceor, qui maiore cum fide, ardentiore studio, fideliorè obsequia colat te & diligit, te non alium facile esse reperiturum, quod venerit vltus vt re ipsa declarandum sit, me tui cupidissimum fore per esse cognosces. Vale. Romæ, XIII. Calend. Februar. A. D. XLVI.

XII.

IAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN.

Christoph. Madrucio S. R. E. Card. S. P. D.

CVM huc allatum esset, fratrem tuum Aliprandum, vincto clarissimum, diem suum obiisse: est ego quoque hoc nuntio grauiter eram perturbatus, quod & illius mortui virtus, & mea in te beneuolentia communem mihi eam calamitatem dicebat: tamen non alienum duxi amicitia esse & coniunctio nostra, quæ mihi venirent in mentem ad tuum dolorem lenandum, aliqua ad te perscribere. Non quod dubitarem, quin in ipso commodè & sapienter id fieri posset: sed quia fortasa dolore impræsentia impeditus, minus illa perspiceret. Acque tunc cum te ipsum absens intueor animo & contemplot, cum te virtute tua, de vlti rerum maximarum, de optimis artibus, quibus es egregiè & liberaliter instructus, cogito: vix video posse credere, te cedentem fortunæ oppugnationibus de statu discedere grauitatis tuæ. Rursus, cum mecum reputo quem virum amicitia, cuiusmodi tibi frater sit ereprus, quo è quam in signi lumine atque ornamento orbatam sit domus & familia tua: cogor ignoscere be-

& veniam dare, si mollius fortasse aliquanto fers, quam
 & firma ratio magni hominis postuler. Sed tamen si
 & tibi non accidisset, quod apud ceteros esset inusitatum
 & casibus, postea in re tu quidem propriam aduersus te fortunam
 & inusitatum acculare. Sed si hoc omnibus planè est propositum, ut
 & inusitatum sit: neque vili in eo inter claros & obscuros, senes
 & adulescentes, bonos & malos, omnino discrimen est: cur me-
 & reus illis obitu, qui expleuit suæ ætatis cursum, si non anno-
 & reum iudicet, ac ceterè rebus gestis, & magnitudine honorù, quos
 & fama cum laude est adeptus? At non vides & cogitas, non mo-
 & diu in longè sed mediocri etiam in ætate, omnibus propè morta-
 & libus hoc venire, ut circumfusi strage amicorum & beneuolo-
 & rum, quos variis casibus amiserint, desertam propè à prioribus
 & incedentibus, que maximè solent esse iucunda, reliquam vi-
 & tam degant? Quod mihi quidem hoc tempore præcipue & præ-
 & ter curas accidit: qui & multis antea partim cognatis, partim
 & hominibus amississimis & iucundissimis, & proximè duobus pro-
 & pè amari meo pignoribus, Bembo meo, & Victoria Columna,
 & scilicet, acque omni tum animi, tum ingenij laude præstan-
 & tissima summa, primatus sum. Sed quis finis lugendi sit, si cunctos
 & quo amamus, velimus amissos in cerore diutius & lacrymis præ-
 & scribi nos vero tollamus potius animos ad immortalitatis spè:
 & illud celeste regnum quod nobis Deum in CHRISTO ritè
 & colimus, ad eodem Deo oblatum propositumque est omnibus
 & nostris vult fructum adipisci: intelligamusque nos ad agen-
 & das præclaras, non ad plorandum esse natos. Sicut & ipse
 & fructum optinè intellexit: qui in omnibus vitæ suæ consiliis &
 & actibus, non ut diutissime viuere posset, sed ut fortem & illu-
 & stratam ageret, semper est meditatus. Quem nunc ablatum
 & abdit, & in eam vitam quæ multò melior est multoque præstan-
 & tissima, cum laudum virtutum merito, tum diuina imprimis beni-
 & gencia translatum, laude quidem debemus & pia commemora-
 & tione, non autem lamentis & complorationibus prosequi. Qui
 & si videret, neque quod potuit accidere, ante se vitam sanctam luge-
 & re non habuisset: nonne vides, quæ ille in te fuit pietate & be-
 & nevolentia quam duram & asperam fati conditionem subiisset?
 & qui in omni omni eiufmodi cura periculoque solutus, in summa
 & gloria beatitudineque versatur. Atqui si illum amabas, ut profectò
 & amas, quæso meliorè hoc esse illius conditionem, quam
 & tuam, quod ille in vera perpetuaque læticia, tu inani nunc in do-
 & lore politas. Quem tamen dolorem dies tibi ablatura est, etiam
 & lacrimis de vitæ tua cessauerit. Quapropter vide quid tibi sit ne-
 & cessario de te ita opinamur, & sentimus, ut de fortissimo &
 & candidissimo homine sentendum est. Qui si tuis tot aliis egre-

gijs ornamenti, hanc vnam deesse virtutem fenferimite, p
 tiam in rebus aduerfis, & in retinenda animi firmitate con
 tiam: non nos quidem mirabimur, humanum enim hoc, & no
 mune est peccatum: veruntamen non magni illius est viti
 & tu praest. re te debes, & nos optare vt talis ab omnibus
 gnoscaris. Ego benevolentia erga te inductus, haec ad te pa
 scribenda mihi duxi: quibus multo plura & meliora, & in
 nium tuum, & quibus semper operam dedisti, doctrinae flu
 suppediabant. Quod si aliquid erit à me his literis effectū,
 valeat vel ad mitigandum dolorem tuum, vel ad virtutem
 excitandam: habeo amicitia nostra magnam gratiam, quae
 hoc vt facerem non solum suavit, sed etiam impulsit. Sin
 tua prudentia ista non requirente, ego minus necessario
 fuero functus: tu tamen pro tua humanitate & bonitate, haec
 stra ab optimo animo & propensissima erga te voluntate
 cta accipies. Reliquum est, vt tibi redigam in memoriam, p
 eo tempore quo te amare cepi, tuis humanissimis literis pro
 caratus, mansisse semper in amore, & mansurum esse: atque
 dies potius allatura semper aliquid incrementi sit, quam qu
 quam de mea in te singulari benevolentia detractura. Vale.
 ma, III. Idus Martij, M. D. XLVII.

XIII.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARD. A. D.
 mo ab epistolis Ferdinando Regi Rom. S. P. D.

I OANNES Marfupinus, homo ea comitate, coque ingratu
 Iquod tibi quoq; video esse notum, atque idem in rebus p
 dis summa fide, diligentia, assiduitate praeditus, sapius o
 me cum Roma abessem, de tuis virtutib. per multa scripsera: r
 leq; tibi testimonium apud me dederat, vt ego te cum v
 ctum atque grauem, tum verò etiam imprimis prudentem, & i
 re isti clarissimo Regi gratum atque probatum esse iudicarem.
 Posteaquam autem & idem ascripsit, & ego ad Urbem p
 reuersus, ex eis quas ad eum dedisti literis ipse perpexi, te non
 lum mei amantissimum, sed scriptorum etiam meorum p
 diosum esse, quae abs te vndiq; conquirentur, vt quam pl
 mecum quasi colloqui posses. Dicam id quod res est, in r
 tui studium & amorem adductus sum, vt continere me non
 cuerim, quin has statim ad te exararem literas: tibiq; & animu
 meum totum, & sensum patefacere. Nam si quisquam est, p
 me & suauissime Adame, qui aliqua significatione alterius erg
 se benevolentiae capiat, ego me eum esse cōfiteor: cui eni
 dere possit optatius, quā a bonis viris, & tui similibus diligi. No
 vob

...vltimum illum in agenda vita maiorem aut vberiore per-
...postulavit, quam primum quidem mereri: deinde etiam si
...ita plane mereamur: tamen adipisci aliquo casu, vt chara fir-
...probationis viis atque bonis, non modo salus nostra, sed etiam
...Quod quando non tam meo quidem vltimo merito,
...meo. Quod quando non tam meo quidem vltimo merito,
...quam tua peccanti humanitate consecutus sum, vt abs te tanto
...per te diliger, tantiq; siam: nisi pat tibi in omnibus officiis bene-
...voluntate carere, hominem ipse me non putabo. Quamobrem
...veluti sic tibi peritadeas: habeasq; certissimum, neminem esse
...qui tui amantior, quam ego sum, esse posthac possit: omniaq; &
...tuis & officia amicitie, in quibus ego seruandis ac retinendis
...aliquid sum diligens, tibi ita a me prompta esse & parata, vt
...quodlibet sum habiturus, si mihi occasionem aliquam obtule-
...rit per quam mea erga te voluntas, & animus amicissimus per-
...fici possit. De meis scriptis nihil sane erat quod tibi pol-
...liceri habebam equide inchoata nonnulla, sed nihil erat per-
...fectum: nam forte orationem libenter lecturus es, qua ego Caesari
...pro pace Christiano nomini concessa superioribus mensibus
...genere egi. Eius ego orationis describenda, si id voluerit, faciam
...Materiam nostro potestatem. Atq; ipsum Ioannem Marsupium
...proprio amantissimum & studiosissimum tui, etsi minimè opus
...esse arbitror, tamen ita tibi commendo, vt maiore studio, ma-
...giore et animo, neminem cuiquam commendare possim. Amo-
...rentis interem hunc mirabiliter: cum ingenio ipsius, & singulari
...probatione plurimis erga me eiusdem officii adductus. Qua-
...re si exultes volo, quicquid in illum studij & beneuolentia
...tua consideris, totum id abs te in me collatum me esse iudicatu-
...rum. Vnde Romae, V. Idus Iulij, M. D. XLV.

XIV.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.
Didaco Mendoza S. P. D.

A quo tempore, quo tu me primùm Carpentoraci vidisti, &
...cum illac iter in Italiam haberes, apud me inuitatus fami-
...liaritate quaeratus es: ego iam tum cognita & virtute & huma-
...nitate tua suscepimus amorem erga te, quem etiam nunc summa
...cum te tenet: neq; mihi longinquitas temporis quod postea
...intercessit, neq; locorū distantia, quibus seiuuati fuimus, de meo
...iudicio quicquā beneuolentiaq; imminuit. In qua te eadē puto &
...nostrae constantia erga me mansisse, & voluntate. Secuta sunt tem-
...pora quibus vtriq; nostrum ad varias deinde & curas, & actio-
...nes



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes vitæ distractus est. Ego in hanc urbem bis, tære accersit
 quamquam ægerim à studiis artium optimarum diuelleris
 tamque illam pristinam plenam suauitatis & otij communi
 nollem: tamen Pontificis maximi imperio subire senatorij
 muneris onus, & publicis negotiis me dedere compulsus sum.
 Imperatorem Cæsarem secutus, cuius magnitudo plurimas
 bis terræ & Christianæ Reipub. partes complexa est: probata
 fide, industria, & vigilantia tua, magnis ab eo saepe rebus & ne-
 gotiis præpositus es. Itaque ego vt proximè redij in hanc ur-
 bem; à qua aliquot abfueram annos, cum cognouiffem te legi-
 tu esse apud Venetos Cæsaris, munusque illud egregia quidem
 cum dignitate & gratia sustinere: cogitauit ilico scribere aliquid
 ad te, & renouare illius primæ congressionis nostræ per litteras
 memoriam: vt si tu vinculum illud inite tunc inter nos amicitia
 firmum retineres, ipse quoque tibi ostenderet, me non esse
 neque nostræ coniunctionis oblitum. Sin te forè graues & ar-
 occupationes atque curæ ab hac de me cogitatione abduerint
 vt insinuarem rursum me tibi, antequam totus planè ex animo
 effluerem: Scito igitur me nunc Romæ esse, implicitum quidem
 his sollicitudinibus atque curis, quas & rerum omnium perturbatio,
 & durissima tempora Reip. ferunt. Quanquam in hac occu-
 patione animi, atq; molestia nitor eum tenere cursum, vt non in
 sermonibus solum communibus qui quotidie incidunt: sed etiam
 sententiis in senatu dicendis meus in Reip. sensus, ne cuius
 iudicium appareat. Non enim desino hortari & monere, rectè iam
 agi necesse esse omnia, si saluam Christianam Republicam
 fieri velimus, & veterem illam sanctitatem Christiana religio
 in mores & studia hominum reuocari oportere: in qua imprimis
 sententia Pontifex ipse Maximus est. Itaque datum ab eo est & le-
 gatis qui præsidet, & concilio patrum qui conuenerunt, acce-
 ptum, vt consulant ipsi & considerent, quæ videantur esse con-
 cingenda, quod eorum monitis atque consiliis ipsius diligentia &
 autoritas nihilimè defutura est. Quamobrem venio magnam in
 spem, bene actum iri cum rationibus publicis, si & Cæsar rursus
 vnâ cum Pontifice in hoc incubuerit studium, vt in reparanda re-
 ligione Christiana & Reipub. communis quoque pacis, & communi
 dignitatis ratio habeatur: quod sublati odiis dissidiisque, &
 laque æquitate animi moderatione que suscepta, quæ Christianis
 principibus maxime digna est, ipso iuuante imprimis & opera-
 ferente Deo, si eum nos piè deprecari fuerimus, non difficiliter
 poterit obtineri. Verùm hæc ad eiusdem Dei præpotentis arbit-
 rium summumque concilium reicienda sunt. Quod autem ad
 priuatam nostrum officium pertinet, ego te mi Didace, non solum
 diligo, quod iam pridem facere institui, sed etiam in oculis
 fieri,

...quod meo optatis de te tua virtus atq; industria mirifice re-
...peto. Per te, ut quoniam propiores iam sumus, quam
...facilis est inter nos missio literarum, ne me tuarum re-
...scribasque interdum ad
...hunc vel amoris, vel humanitatis tuae mihi tri-
...bus, ut ex literis tuis intelligam me tibi esse cordi. Quanquam,
...quod mihi fuit molestissimum) audiui te laborare quartana fe-
...dela. Sed tua prudentia tua, & veri temporis auxilio, quod iam
...apparet, confido tibi celeriter futurum quemadmodum cupi-
...mus, ut valeas, firmusq; sis. Quod ex sententia tibi &
...tua de nocta vt contingat, Deum rogo supplex atq; oro. Vale mi
...Dilecti Romae, M.D.XLVI.

XV.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.

Henrico Lusitano S. R. E. Cardinali, S. P. D.

A Cetero literas tuas, plenas humanitatis atque officij: in
...quod mihi gratias agis, quod te mea sententia in fa-
...collegium nostrum cooprandum duxerim, eiusmodiq;e
...non differendam in aliud tempus: quae antequam
...dicendi datus est, in senatu sententia valere videba-
...in praesentia declarandam censuerim: facis tu
...agnoscoque in eo humanitatem tuam. Sed
...claris & praestantibus viris officia
...ea non tam gratia ab iis qua tributa sunt, quam gra-
...celebrari conuenire. Ego cum de tuis plu-
...virtutibus, quae & ad doctrinam, & ad religio-
...multa saepe audissem, quae mihi penitus infede-
...tu praeterea eius regis frater, quem nos
...Christianum Regem hac nostra aetate possumus
...parum atque integrum ab omni Christiani sangui-
...Christi sanctissimam longe lateque propagar-
...omnes meas curas, omnes contentiones,
...augendum honorem & amplitudinem tuam
...is sim, qui erga tales animos incredibi-
...benevolentiaque afficiat. Quamobrem quod
...me factum est. Quod tu au-
...magis id bo-
...Sed de his
...quod est in literis tuis scriptum, quodque ego plurimi
...exspecto a te vt praestes. Scribis enim te & si-
...Apostolicae autoritati, quarum veraque
...in hoc tempore procellis tempestatibusq; iactatur, pars-



rum esse vel tuo sanguine subuenire, si ita res ferat: conaturus id facere omnibus tuis opibus, hoc maiore animo, quo ille habet nos, atque illius amplissimi sacerdotij dignitas maiorem tibi facultatem eius rei agenda videatur allaturus. Iste animus tuus, Henrici optime, tuaque praestans atque eximia in Christianam Rempublicam voluntas, ea est profectò, quae te superiorem omni honore facit. Tu vero subuenies (michi crede) tuaque opera plurimum & auctoritate Rempublicae adiuuabis. Quid enim est quod tanta virtus non queat efficere, praesertim tot ornamentis fortunae & nobilitatis adiuuata. Sed initium tam praecleari operis, nisi ego fallor, tibi inde ducendum est, ut frater tuus, clarissimus Rex, veterem suam & suorum maiorum omnium in hanc sanctam Apostolicam sedem obsequantiam: quae vestrae regiae familiae & homini vestro maximam semper laudem attulit, nullis hominum infidiis, nullisque machinationibus patiatur interrumpi. Quod non scriberem, nisi mihi quaedam intuenti, nonnulla extimescenti, tu opportunissimo tempore visus esses vocatus ad eum honorem diuino prope consilio, in quo tuae partes praecipue futurae essent pacis & amicitiae stabilis retinendae. Quod quidem a tua virtute atque prudentia maxime expectatum est. Sed de his quoque plus etiam latius. Extremum est, ut tibi omnia tua studia mihi pollicenti, non solum agam, vii debeo, gratias: sed pari voluntate & beneuolentia ita respondeam, ut amicitiae fides, & bonorum virorum mos & natura ipsa postulat. Quare sic habeto, me & permagni facere amorem erga me tuum, & in omnibus rebus quae ad dignitatem tuam pertinebunt, ea semper acturum esse, ea quae senturum, ex quibus meus vicissim amor in te summus, & singularis obseruantia appareat. Vale. Romae, XII. Calend. Septemb. M. D. XLVI.

XVI.

IAC. SADOLET. S. R. E. CARDINALIS
Georgio Calio Lusitano S. P. D.

LITERAE tuae, quas mense Septembri Vlixipone datas, ego ad tertium Idus Aprilis accepi, summam quandam militumque incredibilem voluptatem attulerunt. Vidi enim in illis & perspexi, non solum qui tu vir esses, quo ingenio, qua doctrina, qua etiam eloquentia praeditus: sed etiam quanto per te me diligeres: quo munere atque honore, a tali viro praesertim, nihil habeo quod vel optare possim praestantius: quamquam tu in me laudando aliquando es effusus. Sed ut ego eas in me laudes non agnosco, sic beneuolentiam tuam erga me amicissimè complector, praeterea in me amoris & voluntatis studium refero tibi, atque reddo. Poema tuum (quod patere omnibus necesse est) omni ex parte celebrabo.

& elegans, magnopere me delectavit: nihil enim video
 in liberis in eo, quod ad mundiciam Latinae linguae, o-
 mninoque in ea lepores & venustates pertineat, quas apud nos
 prope tam intermissas, & quasi obsolescentes, tu homo non in
 Latinas, tam diligenter consecratis & exprimis, vt aut muta-
 tu horum locorumque conditio, aut Latium hinc ad vos vi-
 dentur esse translatum. Sed vt caetera in tuo carmine digna ap-
 probatione, sic illud maxime laudandum extollendumque est,
 quod vix atque incorrupta religionis patrocinium praestas: que
 in hoc tempore calamitose, oppugnata vndique, atque ve-
 nana quoque patior habere a quibus & legitime & fortiter defen-
 ditur: hoc magis ipsa suorum defensorum & nomen & memori-
 am tuam debet: & cum illis praemia apud Deum immortalia pa-
 rati sunt, dumanos quoque honores impartire. Quorum quidem
 in numero te egregias tenere partes, praecleara illa Christiana pa-
 terna, quam carmine tuo tam accuratè illustras, vel in primis
 habes. Sed haec haec tenent. Ego & benivolentiam erga me tuam
 magis facio, & meam tibi non minorem polliceor: tibi hoc
 spectatum esse volo, me in omnibus officiis, quae fidelis amici
 cooperari, nec studio, nec voluntate tibi vnquam defuturum.
 Vale. Campen. V. Non. Maij. M.D.XL.

IACOBI SADOLETI S. R. E.
CARDINALIS, EPISTOLA-
rum Lib. XVI. Epist. I.

MC. SADOLETVS S. R. E. CARDINAL.
Alberto Pighio Campensi, S. P. D.

Vos libros de Hierarchia ecclesiastica principatu
 cum legerem, plurimaeque in illis inuenirem, quae
 tua cura & diligentia in lucem è tenebris, quasi vetu-
 statis prolata sunt: caeteraque ibidem omnia optimis &
 auctoritatibus cernerem: equidem ingenium, & do-
 ctissimum, & notitiam tuam rerum antiquarum sum admira-
 tu. Probatam autem & religionem illa mihi res etiam in te o-
 sculor, quod vidi & cognoui, te opimo animo & consilio addu-
 ctum, quo Christianae Reipublicae tot malis detrimentisque affe-
 ctis, operam pro tua parte ferres, tantum negotii & laboris susce-
 pisse. Quae res, & mea simul propensa in doctos prolesque homi-
 nes voluntas, effecit, vt has ad te instituerè dare literas, quibus ti-
 mundicatem, cum mihi vehementer tua scripta probentur, pie-
 tatem tamen; & voluntatem tuam, multo etiam magis pro-
 barij.